

## Liber Secundus

**S**umme hominitatis triplex est effluxio. scz p generacoem \ p spiracoem \ p creacoem. Due priores emanacoes sunt ab eterno. Tercia est ex tpe de qua nunc est agendu. Inter creare et generare et facere differetia est. quia res exit inesse de nihilo per creacoem. Sed exit inesse de aliquo faciente aliquid de substantia ppria p generacoem. Facere autem est operari de materia aliena. Deus est rerum triplex causa. efficiens et exemplaris ac finalis. sed nullo modo materialij. Inter operari dei et creature differentia est. qz deus operat in instanti. angelus autem repente. sed natura paulatim. Preterea rez principia sunt a deo immediate. Effectus vero assequentes sunt ab ipso mediante natura et etiam immediate. Nihil autem est de deo mediate tantum. **C**irca mundi creacoem quatuor erant errores. Quidam enim dicebant mundum eternum. Alij dicebant mundum quidem factum. sed habuisse materiale principium et non esse de nihilo. Alij dicebant deum superiores creaturas per se produxisse. scz inferiores per ministerium angelorum. Alij ponebant duo principia sicut manichei. Unum scz summe bonum et aliud summe malum. dicentes. incorruptibilia esse a bono principio. sed corruptibilia esse a malo principio. Hos errores omnes excludit moyses. primum cum dicit in principio. Secundum ibi creavit. Tercium qz dicit deus. Quartum cum sequitur celum etc. Tenentur enim etiam qz deus omnia simul creavit. nisi aliquam novam speciem postmodum condidit quam prius non fecerat. vel in simili ut animas hominum. vel in ratione seminali sicut patet in his qui naturaliter introducuntur in esse. Et hoc est qz dicitur deum die septima quiescere. non quidem a labore vel opere. sed sicut dictum est. a novarum specierum condictione. De operibus vero sex dierum dicunt quidam non in illis debere intelligi ordinem temporis. scz nature quia dicunt omnia simul tempore fuisse facta et disposita ac suis speciebus distincta. Alij dicunt omnia simul creata in materia sed non in tunc forma sicut in diebus sequentibus receperunt. Sed hec opinio magis sequitur literas. sed prima magis sequitur rationem. Deus enim dupliciter operatur. Aliqua namqz facit mediante natura. et hec fiunt successive. Aliqua facit per se immediate. ut creare peccata dimittere. gratiam infundere et huiusmodi. Et talia fiunt in instanti et perfecte et complete. Cum ergo deus primordiales res non produxerit mediante natura. sed immediate per se. videtur qz in instanti fecerit eas et perfectas ac completas tam in materia qz in forma. Loqueuntur sunt quatuor hec primitive rerum creature. Celum empiricum angeli materia mundi et tempus. **D**e distinctione creaturarum in genere. **C**apitulum. ij. **C**reatura triplex est scilicet. **C**orporalis tantum ut elementa **S**piritualis tantum ut angelus